bezech. et pugnauerũt contra eũ
et praualerunt chananeum & fere
zeum. fuitq; autem adonibezech
quem cum comprehẽderunt cesis
summitatibus manuũ eius ac pe
dum hoc ei dicebant. Septuagin
ta reges amputatis manibus ac pe
dum summitatibus colligebant sub
mensa mea sicut feci ita reddidit mihi deus. Adduxe
runt eum hierusalem et ibi mortuus est
Oppugnãtes autem filii iuda urbem ceperunt eam & percusserunt in ore gladii
tradentes eam flammis necdum ciuitatẽ
et postea descendentes pugnauerunt cõ
tra chananeum qui habitabat in mon
tanis et ad meridiem et in campestri
bus. Perrexitq; iudas contra chananeum qui habitabat in hebron cuius nomen
fuit antiquitus cariatharbe percus
sit sysai et ahiman & tholmai. Atq;
inde profectus abiit ad habitatores da
bir cuius nomen vetus erat cariath
sepher. i. ciuitas litterarum. Dixitq; ca
leph. qui percusserit cariathsepher et
vastauerit eam dabo ei achsam filiam
meam uxorem. Cumq; cepisset eam
othoniel filius cenez frater caleb
minor dedit ei achsam filiam suam cõ
iugem. quam perrexit et mo
uit ut rus suus ut peteret a patre suo
agrum. Quę cum suspirasset asino
dixit ei caleb. quid habes at illa res
pondit. Da mihi benedictionem quia
terram arentem dedisti mihi. da et
irriguam aquis. deditq; ei ergo caleb
superiorem irriguum & inferiorem. filii autem cinei cognati moysi
ascenderunt de ciuitate palmarum
cum filiis iuda in desertum sortis ei
quod est ad meridiem arad et habi
tauit cum eo. abiit autem iudas cũ
symone fratre suo et percusserunt chananeum qui habitabat in sep
phat et interfecerunt eum. vocatum
q; est nomen urbis horma. Acceperunt quoq; iudas gazam cum finibus
suis. et ascalonem atq; accaron cũ
terminis suis. fuitq; dominus cum
iuda et montana possedit nec potuit
delere habitatores uallis. quia falcatis
curribus habundabant. Dederunt
q; caleb hebron sicut dixerat moyses
qui delevit de eo tres filios enach. Je
buseum autem habitatorem urbis non dele
uerunt filii beniamin. habitauit q; je
buseus cum filiis beniamin in hierusalem usq; presentem diem. Domus quo
que ioseph ascendit in bethel. fuitq; dus
cum eis. flam cum obsiderent urbem
que prius baca uocabatur. viderũt
hominem egredientem de ciuitate
dixerunt q; ad eum. ostende nobis
introitum ciuitatis & faciemus tecũ
misericordiam. qui cum ostendisset
eis percusserunt urbem in ore gladii
hominem autem illum & omnem cog
nationem eius dimiserunt qui dimis
sis abiit in terram hethim et edificauit
ibi ciuitatem uocauit q; eam luza
que usq; presentem diem
Manasses quoq; non delevit bethsan
et thanath cum vicinis suis & habi
tatores endor & iebleam. et maseth ci
nicolis suis. cepit q; chananeus ha
bitare cum eis. Postquam autem confortatus est israel. fecit eos tributarios &
delere noluit ephrem etiam non de
leuit chananeum qui habitabat in
gazer. Sed habitauit cum eo zabulo